

9

Christo Favente!
DISSERTATIO PHILOSOPHICA
De GENUINIS
**CRITERIIS DIVI-
NÆ REVELATIO-
NIS**

CER TITUDINEM EJUSDEM APODICTICAM
EVINCENTIBUS,

Cujus PARTEM POSTERIOREM,
Adprobante Ampl. Fac. Phil. in illustri ad Aur. Atheneo Reg.
PRÆSIDE

VIRO Max. Reverendo atque Amplissimo

**D. JOHANNE
BROWALLIO,**

S. S. Theol. Doct. & Scient. Nat. Prof. Reg. & Ord.
PRO GRADU MAGISTERII

Ad publicum Eruditorum examen modeste defens
CAROLUS FRIEDERICUS MOLLERUS

ALUMNUS REGIUS

Loco horisqve ante meridiem solitis
die Decembr. 1744.

ABOÆ, Excid, JOH. KJÆMPE, Reg. Ac, Typ.

*GENEROSSISSIMO BARONI ac DOMINO,
Dn. GUSTAVO ADOLPHO MELLIN ;
ut Nutritio liberalissimo, ita Patrono summa ani-
mi veneratione ad Cineres usque prosequendo.*

*Plurimum Reverendo atque Preciarissimo
Dn. THOMAS PACCHALENIO,
Pastori in Wano & Rengo vigilantissimo Fautorij
& Evergete jugiter colendo.*

*Per quam Reverens.
Dn. BENJAMINI
Sacellano in Tais*

*spectatissimo & prudentissimo
Dn. HINRICO FLEEGE,
Mercateri Aboënsium maxime industrio.*

*Nihil unquam mibi variis fortuna ludibriis exposito,
rator, hanc tandem diu satis expectatam effulgere
afflictamq; meam Matrem collata beneficia maxima ac innu-
primis autem gratum percellit animum ingens beneficiorum
lamentibus maximis, prioribus accessit. Hec autem omenia*

Consultissimo & Spectatissimo
Dn. CAROLO DICKÆO,

Cammerario Satrapiae Viborgensis meritissimo Con-
sanguineo propinquissimo, atque ætatem devenerando.

Plurimum Reverendo atque Praeclarissimo

Dn. MAGNO ORRÆO,

Pastori in Taspalsari vigilantissimo Fautori & Con-
sanguineo multis nominibus colendo.

do atque Doctissimo
COJANDRO,
palsari meritissimo.

Spectatissimo & Prudentissimo


Dn. CAROLO LAURBECK,
Mercatori Aboënum adcuratissimo.

optatus cadere potuit, quam quod summus rerum Mode-
permiserit lucem, que vestra Patrone, & Everete in me
mera mihi subministrat opportunitatem decantandi. Im-
cumulus, qui sub ipsis etiam incenaciu belli patriaque ca-
mente mecum reputans, hanc leviter contristor, quod te-

mis dicendi facultas me, Pasegyrin tante bonitate conditum
in amplissimo hoc campo laudis Vestrę destituat, &
verborum pene inopem relinqut; adeo ut & illa, que in
promota rudi mea minerva habet ejus deprehendam esse
insolita, ut potius splendorem gratiae ac benevolentie obfu-
scans, quam illustrare queant: Ut at v. desist verba, Ve-
nerabundo nihilominus silentio favorem Vestrum eternum
colamus. Qualemque proinde ut extet documentum pietatis
meae, Dissertacionulam hanc, licet ob ingenii tenuitatem
non ita elaboratam ac postularer materia nobilitas, Nom-
inibus Vestrīs, Patrone, & Exergete Optimi dicatam esse
humillime & perofficiose volui; quo ut meritorum in me
magnitudinem assequi nego, ita ingrati saltem cuncti cen-
suram effugere me posse spero. Suscipite itaque Patrone,
& Exergeta hoc qualemque sit chartaceum munusculum
in signum gratissime & venerabundæ mentis; pietatem offe-
rentis magis quam pretium ejus quod Vobis offertur respici
entes. Meum est erique pro Vistro Vestrorumque parenni
flore ac incolumente calidissimas fundere preces, quo ipso
ulteriorem favorem sibi conciliatum iri autumas.

Generosissimi
Consulitissimi
Plurimum & per quam Reverendorum
nec non
Honaratiss. Nom. Vestrorum

Clients & cultor obseruantissimus
CAROLUS FRIED. MOLLERUS



I. N. f.

§. XLI.

Dogmata 4. religionum recensenda sunt.
Cum 4. sint revelationes §. 21. sibi repugnan-
tes §. 23. & miseria nostra ope revelationis
veræ averti debeat §. 19. qvæ applicatione criterio-
rum dignoscitur Corol. §. 23. horum autem appli-
catio institui nequeat, nisi dogmata nobis perspe-
cta habeamus; præter qvam qvod instituti ratio i-
dem ivadeat. Præt. part. I:æ. E.

§. XIII.

Religionem Gentilem solent recentiores in Fa-
bulosam Philosophicam & civilem distingvere.
Fabulosa complectitur Poëtarum fictiones de De-
orum generationibus, connubiis, furtis, latrociniis
cædibus, jurgiis &c. Philosophica Doctrinam de
DEO a Philosophis traditam proponit. Civilis
A per-

per Magistratum introducta, & a sacerdotibus sustentata, obligat ad res animatas vel inanimatas, cultu qvodam e. g. Hymnis compotationibus immolationibus &c. proteqvendum.

Schl. 1. Non quidem ignoramus sub fabularum velo plurima latere Physicaria, Moralia & Historica. Nonnulla quoque Theologia Gentilium ex traditione hancis & sana quaedam subinde Dogmata in scriptis Philosophorum occurruunt; sed illa, partim ad Theologiam Naturalem pertinent, partim aliarum disciplinarum objecta concernunt, partim etiam ex revelatione per traditionem hancis sunt.

Schol. 2. Ut non abhorret haec religio a Polytheismo, ita plurimas venditatem revelationes, ntpote sunt Oracula Gentilium; quae 307. ab Antonio van Dale enumerantur * de quorum origine inter ipsos Gentiles discipiuntur, referente Pausania **. Haec vero non nisi res civiles & Domesticas, quaeve felicitatem & commoditatem bujus vitae concernunt, tractant, & id quidem insuper tam dubie, ut vel ignorantiam auctorem, vel decipiendi & saltandi propositum haud obseure manifestari; nil vero de beatitudine consequenda docent; alioquin Porphyrius non conquesus esset de priori via ad familiaritatem cum Diis ***. Quod ancipiit responsione suos allegaverint adoratores, nobis exemplo comprobatur Philippos Rex Macedonum bellum ad versus Persas suscepturus; de quo Diodorus Siculus ita; **** Iose Deorum conensu bellum suscipere matutans, an victoriam de Rege Persarum suscepturus esset, Pythiam interrogavit, quas hujusmodi oraculum ipso cecinit:

SCH-

Serta gerit Taurus, jamque astat, qui immolet ipsum. ³
id
ambigue dictum ad suam philippus utilitatem deorquebat.
quasi persam victimae instar jugulatum iri, fatidica caro
mene praediceretur: Sed rei veritas longe aliter se habebat,
cum ex ad verso significaretur, fore nimis ut philippus in
frequentis bomboium convenueret, sacroque Deorum opulo
velut Taurus coronis redimitus, mactandus esset, id
quod accidit; a Pausania enim Juvene in iudicis publicis im-
perfectus est. Addo quod horrenda & truculenta fa-
cta hominibus injunxerint, utpote infanticidia, hominum
immolaciones &c. Thebani bellum gerentes cum hostie-
bus suis, cum ab Oraculo Dodoneo quaererent quid fac-
re deberent, ut dictoris am reportarent, responsum ab
Oraculo tulerunt. si turpissimum flagitium committe-
rent; illi vero sacerdotissam occiderunt; teste EUSE-
BIO ***.

Proinde REINBECKIUS eleganter non minus quam vere:
Was für unflätige dem wahren Gott ganz unan-
ständige Dinge haben die Heyden nicht von ihren
Göttern gelehret? und was sind nicht daher für abscheus-
liche arthen desz dienstes/ die sie ihren Göttern haben
leisten wollen/ entstanden? Es kan in den Hirs-
häusern nicht ärger Zugehen/ als es in manchen
den Heydnischen Göttern und Göttinnen gewidmeten
Kirchen ist getrieben worden. Was den sonst die
Pfaffen noch von besondern Gottlichen offenbahrungen
angegeben haben/ daß nemlich die Götter zu
ihrer Verjährnung Menschen/ auch wohl unschuldige Kin-

4
der / wolten geopfert wissen; Solches kan nun desto
weniger für Gottlich gehalten werden/ je offenbahr-
er es ist/ das ein Mensch/ der nur ist wie ein an-
derer Mensch / des selbst schuld gegen Gott auf sich
hatt/ und der noch wohl dazu wider seinen wil-
len zum Tode hingerissen wird/ keine Versöhnung
für so viel tausend andere Menschen abgeben kan.
Und so findet man unter den Heyden außer der alle
gemeinen offenbahrung Gottes/ in der Natur keine bes-
ondere/ aus welcher man Gott näher und besser
zu seiner Seeligkeit könnte erkennen lernen *****.

Corol. Longam demonstrationis seriem omittimus, cum bino
sole meridianus clarissimus clucesset, Revel. Gentiles perennem
nostram felicitatem promovere non posse, cum jejuna &
ridicula, non vero de salute consequenda tractet; Eandem,
Mysteria ignorare, atque in rebus Civilibus, Domesticis, &
buius vitae commodisatibus solum occupatam esse; Nec
cum lumine naturae & sana ratione stare posse, ob Po-
lytheismum; sana namque ratio dictitat ab uno quodam
principio omnia dependere, adeoque unum esse verum De-
um non plures; mulio minus, bruta, homines & res
inanimatae esse aut pro Diu babendos, aut aliquo, nedum
ridiculo vel horribili quodam cultu (ut lascivis actionibus,
computationibus profusione sanguinis &c.) prosequendos. Me-
dium praeterea reconciliationis hominis cum Deo prorsus
nescit, cum de propriari via ad familiaritatem cum Diis
Ethnicorum sapientissimi conquesisti sint. Ua de Antiquita-
te Rev. Gentilium nibil dicamus, quae incerta est Schol. 2.

§. 42. saltem non eo usque adscendit, ut criterium verae
Revelationis esse possit.

Corol. 2. Cum itaque criterio vere revelationis §. §. 24.
28. 34. 37. &c. adstructio, careant oracula Gentilium pro
Revelatione venditata Cor. 1. §. 42. sequitur veram Revele-
tione in illis non inveniri.

* in libro de Oraculo Veterum Ebnicorum p. 559.

** in descriptione Graeciae lib. 10. cap. 5.

*** in Epistola ad Anabonem.

**** lib. 16. Num. 92. & 95.

***** in Praeparat. Evang. lib. 4. cap. 16.

**** in Betracht. über die Augspurgische Con-
fession i Zweyter Bet. §. 7 p. 51.

§. XLIII.

Muhamedani Alcoranum sec. 7. conscriptum pro
Revelatione vera agnoscunt; in quem tamen,
cum conficeretur suggestiones irreplerant Diabolicae,
qvas secundum instinctum Divinum postea cor-
rigere debuit auctor ejusdem, ut ipse confitetur.
* Hic autem Alcoranus, prouti e Gentilismi,
Judaismi & Christianismi Dogmatibus est compi-
latus, ita nonnulla, qvæ cum sana ratione con-
gruunt comple&tum, ut, e. g. unum esse DEUM,
eumqve esse colendum, adulteria fulta & falsa te-
stimonia esse illicita, opera charitatis esse exercen-
da &c. Sed plurima simul continet, qvæ ra-
tioni contraria sunt, ut absolutum Dei decre-
tum

tum. Descriptio deinde ibidem vitæ æternæ terrenis volptatibus & concupiscentiis est reserta; in cœlo namque sec. Muhamedem quilibet mas nancietur uxores, qvæ semper revirginescunt; alia plurima numero ridicula commenta ut taceamus. Præterea fidem historicam pervertit & tempora miserrime confundit: e. g. dum Iosephum patriarcham & Mariæ patrem pro uno codemque habet.

Ulterius sibimet ipsi contrariatur, ut: e. g. uno loco de Justificatione docet qvod sit gratuita ** a- libi v. eandem operibus adscribit ***. Altum denique silentium ibi est de vero reconciliationis hominum medio cum Deo.

Plura Alcorani Dogmata benevolus lector e Carpovii Theol. Rev. cap. 2. de Sc. f. p. 30. baurire poterit, & REINBEG. XII lib. cit. 3. Theil. 39. Bet. §. 74. &c. nec non PFERI. Crib. sacra Cap. 10. de Alcorano §. 10. p. 409.

Corol. Cum itaque omnem Revelationis suae certitudinem tollat ipse Mubamedes, ibidem præterea reperiatur rationi contraria Dogmata, manifestae contradictiones & aperte falsa, tandemque recentissima sit hæc compilatio, pro revelatione genuina agnosci nequit.

Schol. Exinde qvod in hac Revelatione nonnulla cum fana ratione congruentia deprehendantur, eo minus inferre licet eam esse veram, cum nec illa nota unica sufficiat, & præterea conflictio Dogmatum Revelationis hujus falsitatem prodat.

* Sur. 2. v. 100. coll. cum Sur. v. 16. 103. v. 22. fl.

** Sur. 6. v. 16.

*** Sur. 90. &c.

§.XIVL.

Judæi hodierni scripta /quidem Mosis, Prophetarum, nec non Hagiographorum pro vera Revelatione recipiunt, ut qvoq; re ipsa sunt, majoris tamen Talmudem æstimant, assimilantes illam aquæ, hanc v. vino condito, * & veritatem præterea ejusdem Revelationis per conseqventiam impugnant; dum CHRISTUM verum MESSIAM esse negant adeoque medium reconciliationis cum DEO tollunt; unde Criterio 7. §. 34 allato destituitur, in Judæorum conceptu, sumta, eorundem Revelatio.

Schol. Incepimus prorsus est quod clamitant Judei MESSIAM non venturum propter iniquitatens ipsorum, cum tamen ipsi conficiantur ** adventum MESSIAE a nulla conditione suspensum esse, sed Deum eum missurum propter gloriam suam. Dixit Rabbi Juchanan: Non venit filius DAVID, nisi in generatione tota justa, vel generatione tota peccatrice. In generatione tota justa, juxta illud Es. 60. 21. in peccatrice juxta Es. 59. 16. hinc, cum tria generatio esset peccatrix scriptum indemerunt: Es. 48. 11. propter me, propter me faciam. Ulterius a. ibi *** Dixit Rabbi Alexander, Rabbi Joshua filius Levi dixit: Scriptum est, Es. 60. 22. in tempore suo; Et scriptum est, accelerabo eam; si meruerint, accelerabo eam; si non meruerint in tempore suo. Mens hac est: MESSIAS effet venturus cito, si piis fuerint, tempore u. defen-

8

definito si improbi essent. Huc accedit argumentum contra Iudeos NICOLAI de LTRA, desumptum ab antiqua eundem traditione, de duratione mundi 6. mille annos, quorum post 4. mille esset MESSIAS venturus; *** ista v. ille: Duo milia dicunt tempus vanitatis, (secund. Prophetiam filii mulieris Sareptanae, quem suscitavit HE-LIAS) quia a principio mundi usque ad vocacionem ABRAHÆ, quando dictum est ei a Domino: Egressere de terra, &c. Gen. 12, mundus defluxerat in vanitate peccatorum; Et istud tempus duravit 2. milia annorum & 24, quia ABRAHAM habuit 75 annos, quando vocatus est. Postea incepit tempus legis, & ex eo inde tempore, quo vocatus est ABRAHAM usq; ad nativitatem CHRISTI effluxerunt 2 milia annorum, nisi quod deficiant 20. Si ergo accipiantur 23. quæ superabundant ultra 2. milia predicta, quæ dicuntur tempus vanitatis, habebimus 4000. annorum ab initio mundi ad CHRISTUM, deficientibus 5. annis. Si vero 5. anni quibus CHRISTIUS latuit in Aegypto properet persecutionem Herodis, jungantur precedentibus, ita, ut dies MESSIAE incipiatur computari ab illo tempore, quo de Aegypto est reversus: habebimus a principio mundi 4000 annorum usque addies MESSIAE. Sec. 2000. vanitatis 2000 legis secund. Prophetiam predicatorum opere mesuit, ne nimis curiose tempus interitus mundi determinare videatur, ideo subnotescit: Utrumque autem dies CHRISTI debeant tantum durare 2000 annis, vel plus vel minus, non disputo: quia finem mundi determinandum dicere non intendit, sed sufficit mihi secundum praedictum.

9

dicitur traditionem Iudeorum quod tempus adventus CHIL-
STI sit preteritum, ex quo jam dictum est, quod transfe-
rint a principio mundi 4000 annorum usque ad dies
MESSIAE. *****, Nec non propria Iudeorum confessio de
MESSIA, quod jam venerit Et natus fuerit die illa,
qua tempum fuit destructum *****; Iba die, qua natus
est MESSIAS, destruxta est domus sanctuarii, ut ait R.
IODEN in nomine R. IBBO; factum est enim, quod in
Judeo arante, mugivit bos eius caram eo; Transiit au-
tem quidam CORVINUS (ARABS) Et audivit vocem
dicentem, Iudee, fili Judei, solve boves tuos, quia ecce
domus sanctuarii destruxta est. Mugivit bos 2da vice Et
ait ARABS Judee fili Judei, junge boves tuos quia ecce
natus est REX MESSIAS. Querivit Iudeus, quod est
nomen eius? Rsp. MENACHEM (consolator) Q. Quod
est nomen patris? Rsp. HISKIA: virtus domini. Hoc am
verum sit, vel consita quedam Iudeorum fabula, B. Le-
ctorum examini subjicimus; licet huc accommodent locum Es.
66: 7, quem tamen expositionem apud 70. interpretes impe-
nimus ita: antequam veniat ei tremor sicut dolores
parturientis, reverberabit rex ejus; quia ratione non in i-
plo excidio natus foret MESSIAS, sed ante excidium tem-
pli Et natus, quod verissimum est.

Plura qui hac de re legere desiderat, consulat REIN-
BECKII lib. cit. 3. Theil 39. Bct §. 1. &c.

* PFEIFFER Crit. sac. sect. 2. Cap. 15. Q. 5.

** in TALMUDICO libro SANHEDRIN. C. II.

*** ibidem Cap. CHELEG.

* *** item Cap. CHzLEC.

***** in libro contra Judeos ad calcem comment. in
BIBLIA.

*****. in libr. TALMUD. BERASOTH. Cap. Hieros.

§.XLV.

REVELATIO JUDAICA hodierna, b. e. ad mentem Iudeorum exposita, contradicit sanationis principiis & experientia.

Cum ipsi confiteantur Iudæi Christum jam venisse & natum fuisse die illa, qva templum tuit destratum, consentiente, juxta eosdem, Prophetia filii mulieris Sareptanæ, nec non vaticiniis Prophetarum, qvæ in Christo exacte completa sunt, Schol. §. 43. & tamen Christum verum Messiam esse negant. §. 43. eapropter præcipue, qvod fuerit humilius & depresso, alterum qva extera magnum & potenter exspectantes *, seqvitur eos apertissime contrarium ejus qvod fatentur atque experti sunt statuere; eamqve ob causam etiam revelationem eorum hodiernam Crit. i. §. 24. destitui.

Corol. notum est Judeos duos MESSIAS exspectare, unum filium Joseph, alterum filium David. secundum Mat. 4: 5. Filium Joseph ajunt esse predictum Deut. 33: 17. Filium David pauperem & equitantem super Asinum Zec. 9: 9. sed falluntur miserrimi; nam unus est Messias humilius & afflictus initio, postea exaltatus & glorificatus. Ob-

Objiciunt quidem Psal. 105. 15. nolite tangere Christos meos: sed nesciunt ibi generatim de Regibus & Prophetis a DEO iunctis & excitatis sermonem esse, non de excellenti redemptore ab illis expectato. Nullos enim seruos suos, qualescumque fuerint, DEUS vult male tractari. Ipsi Rabbini haec verba de ABRAHAM. ISAACO & JACOBO interpretati sunt; dixit Berachia, illi sunt Patres ABRAHAM ISAAC & JACOB. **

Schol. Nostrum jam esset alterius impius Blasphemia, absurdia, superstitionis & frivola *** Revelationis Judaicae hodiernae examinare dogmata; sed cum ex his factis ejus dilucide appareat, quod mox evictum ibimus, super vacanei laboris illud esse ducimus.

* Bresit Rabba super Gen. 49. 14.

** in Midras super hunc locum Psalmi.

*** Pfeiff. Crit. Sac. Cap. 15. de Talmude.

§. XLVI.

Tandem pedem promovemus ad Reuelationem Christianam, quæ in scriptis Mosis, Prophetarum, Hagiographorum, nec non Evangelistarum & Apostolorum continetur.

Schol. Quemadmodum Veteris Testamentum vocatur Reuelatio Judaica, ob id saltem quod a Scriptoribus sacris litteris consignata primum populo Israelitico tradita fuerit Rom. 3: 2. 9: 4. Ita Novum Testamentum nat' ἐξουν-

Revelatio Christiana dicitur, propriea qvad illis, qui JESUM NAZARENUM pro Christo i. e. vero MESSIA habuerunt, quicque uno nomine Christiani dicti sunt, Act. II 16, primum a scriptoribus sacris tradita & pro Divina ab illis accepta fuerit. I. Thes. 2: 13. Col. 4: 16. I. Pet. 1: 1. 2. Eccl. Conf. Carp. Theol. Rev. Dogm. C. 3. §. 75. Sch. §. 87. Schol.

§. XLVII.

Revelatio Christiana nec qvoad litteram, nec qvoad consequentiam contradicit rationi & experientia.

Hominum summam misericordiam proponit ratio, pariter ac Revelatio Gen. 6: 5 Jer. 16: 13. 12. Marc. 7: 21. 22. Existere autem Ens unum Ab solute nec claram (§. 42. Cor. 1) Et. 37: 16. Deut. 32: 39. Et. 45: 5. Joh. 17: 3. 1. Cor 12: 6. qvod in miseros exercet misericordiam (§. 15.) Mich. 7: 18. Exod 34: 6. Matth. 28: 1. Act. 10: 43. avertendo eorum misericordiam §. 15. & eos apertos reddendo ad actu promovendum convenientiam actionum suarum cum attributis Domini. Hezech. 11: 19. 20. 36: 16. 27. qvæ convenientia actionum involvit verum DEI cultum, nec non officia erga se ipsum & alios praestanda, p. princ. Phil. Mor. & Theol. Nat. Exod. 20: 12. seq. Deut. 5: 16. seq. hæc autem qui perfecvit Legi Naturæ convenientia.

venienter agit; unde nulla adest violatio Legis Naturalis Cor. §. 1. Rom. 5: 5. sed continua progressio ad majores majoresque perfectiones & proinde ad perennem & constantem felicitatem (§. 10.) Dan. 12: 2. Joh. 5: 29. qui vero huic contraria coenitit, continue ad imperfectionem suam tendit, eoque ipso se in summam projicit miseriam (p. princ. Phil. Mor.) Matt. 3: 10. Hinc itaque constat Revelationem nec sanæ rationis principiis neque experientiæ contradicere, adeoque criterio superbire primo.

Schol. apparenter rationi contradicere Revelationem allegando, ultro concedimus §. 24. Sch. 2. not. 3. Contradiciones autem verae sunt dari, aut dari unquam posse negamus. Organa sensoria & membra corporea in scripturis DEO tributa, metaphorice intelligenda esse etiam tirones in Theologia non ignorant, vel ut Theologi pronunciant; de DEO dicta ἀνθεπονηθός esse intelligenda οὐκέπεπτός. Qvod ignem non urere in scripturis aliquando narretur, apparenter tantum rationi refughare §. 26. Sch. innuimus; similiter qvod solis motus suspensus finisse referatur Jof. 10. 13. ex potentia Entis perfectissimi, qvod leges motus suspendere potest, explicare possumus; hanc cum id presertim non procedat naturali ordine, qui experientia detectus est. Nec tandem ex dictis de Mari Aeneo I. Reg. 7. 23. demonstrari poterit contradictione Scripturam Rationi, proportionem Diametri ad peripheriam in 100. ad 314. sese habere dictitanti; aut si bimes ipsi v. 26.

ejusdem capitii; quod solidissimum argumentum evictum est a WIDEBURGIO Matheo. Bibl. part. IV. pag. 20. &c. seq. Doctiss Bernb NIC'HWENTI Erkenntniß des Gottl wesens &c. Consid. 22. pag. 566. &c. seq. Celeb. L. L. O. Professor Dn. GREG STEENMAN in diss. Grad. de Mari fuso, aliisque varia lis et ingressi vias. His aliquid superaddere omnino supervacuum esset. Conferat præterea B. L. Carp. Theol. Rev. Cap. 3. §. 79. Schol. nec non LAURELIIS mare Aeneum pede Suetbico mensuratum. Notatu simul dignissimum judicamus, quod iusuper S: a S: a piurimas continent abstrusas veritates, imprimis Physicas, quae nostro denum seculo detecte sunt; & limites ponant intellectui humano in quibusdam e. g. Job. 38. quos transire neque potuit adhuc, nec posse poterit, quod demonstravit modo laudatus B. Nieuwenijt.

§. XLVIII.

R EVELATIO CHRISTIANA TRADIT VERITATES RATIONE NON COGNOSCIBILES.

Quod unus sit DEUS contingentia ac dependencia mundi svaldet, & natura cognoscimus Rom. 2. 14. Quod v. idem DEUS sit Trinus in Personis ratio investigare nequit; id tamen revelant Sacrae pandectæ Gen. 1:1. 26. Matt. 3: 16. 17. &. Cor. 13: 13. DEUM cultu quodam prosequendum perspicit quidem ratio, sed verum DEI colendi modum, qui in sacris litteris inculcatur, nescit. Joh.

3: 15,

3: 15 &c: unionem præterea fidelium mysticam
cum DEO æctissimam Joh. 14: 23, 17. 11, 22 Rom.
12: 4 Gal. 3: 29 t Joh. 3: 24. ratio proisus igno-
rat. Similiter qvod 2da Divinitatis Persona huma-
nitatem assumserit, ut homines in summa consti-
tutos mysteria cum DEO reconciliaret, qvodq; sine
virili semine Virgo a Sp. S. conceperit Luc. 1. 34
seq. Hæc inquam, & alia perplurima superant ra-
tionem & experientiam, unde Criterio Rev. Christ.
gaudet. 2:0

*Cor. Veritates in hac §. allata, ad perennem no-
stram felicitatem obtinendam necessaria sunt. Job. 17. 3.
ad eo ut sine illis hac obtineri nequeat.*

§.XLIX.

PErennis felicitas consistit in fruitione aeterni
gaudii, sive in summa & ineffabili vor-
luptate, proficiente ex perfectione tam intellectus
quam voluntatis & corporis, adeoque totius ho-
minis, dum fines, quos ejusdem creatione inten-
derat DEUS, obtinensur.

§. L.

REvolutio Christiana continet veritates, quæ
nostram perennem felicitatem promovere
possunt.

Cum

Cum Revelatio sit medium avertendi miseriam nostram §. 18 & remotio miseriae sit medium obtinendi felicitatem perennem § 10. eadem vero sine veritab⁹ in Revelatione Christiana contentis & §. 48 alatis, obtineri nequeat. Cor. § 48. seqvitur hanc veritates ad felicitatem perennem promovendam spectantes continere; hinc criterio Revelationis veræ pollet 30.

§. LI.

Revelatio Christiana non contradicit sibi met ipsi.

Vetat nos angustia temporis loca illa omnia, qvamvis pauca numero sint, recensere, qvæ speciem contradictionis cujusdam præ se ferunt; sed neqve id necessarium esse judicamus, cum dubiis hoc in puncto occurrentibus abunde facisfecerit Theologorum, Interpretum & Philologorum industria atqve diligentia; qva freti tuto asserere possumus Revelationem Christianam habere Cri-
terium 4. tum.

Exempli tamen loco paucissima tetigisse opere pretium erit. Johannes dicit Cap. 19: 14. Christus coram tribunali Pilati stetisse b. Iudeorum 6. a, Mariana v. Cap. 15: 25. illum b. 3 cruci affixum narrat; sed cum Carpovio ad codicem Alexandrinum qui in Regia Bibliotheca An-
glicana servatur, proposamus, ubi in loco Johannis citar-

eo, pra. b.6 in habetur hora 3. a. Nec sibi contradicunt Act. 9: 7. & Act. 22 9. licet priori loco dicatur, quod audirent vocem & neminem viderent, posteriori v. loco quod vocem nullam audirent loquentis cum illo; Loquitur enim Lucas priori loco de voce Pauli; Altero v. Paulus de voce CHRISTI. Nec tamen ipse CHRISTUS sibi contradicit, dum humana testimonia sese recipere nugat, Job. 5: 34. & tamen ad testimonium Apostolorum provocat, Job. 15: 27. Non enim dum in terris versabatur, humano ad Divinitatem suam probandam cgebat testimonio, quam per D:na opera demonstrabat Job. 5: 34, 36. 37. Sed voluit tamen, ut Apostoli tamquam testes oculati post ejus in cœlum ad ascensionem de D:nis operibus ejus testarentur.

Quod ad contradictiones inter scripta Veteris & Novi Testamenti attinet, eadem rite enodatae inveniuntur in Capozii Theol. Rev. Dogm. Cap. 2: de Sc. S. §. 91. Sch. quibus quidquam addere supervacaneum esset.

§. LII.

Stylus Majestaticus est, ubi scribens non mititur longa demonstrationis serie, sed præcepta rigorosa sine motivorum adductione ponit, sine respectu Personarum Es. 20: 2.

Sch. Pertinent quoque buc pronunciata dictatoria de litteris humani intellectus (§. 47: Sch:) atque, quæ in sacris litteris argunt auctorū magnitudinem.

C

§. LIII.

Revelatio Christiana est tradita modo DEO digno.

Cum enim reperiatur ibi singularis styli majestas, & gravitas cum simplicitate conjuncta Deut 6:4. Gen 1:1. Exod. 20:2. Ieq. Es. 1:10. Amos 4 1.1. Reg. 18:18. & pronunciata quæ hominis auctoritatem longissime superant. (§. 52: Sch.) sequitur illam etiam modo DEO digno nobis traditam esse; Stylus namque Creatore indignus multum derogaret de auctoritate scripti Divina. Gaudet itaque Criterio 5:0

§.LIV.

Revelatio Christiana continet mysteria.

Sufficiat ob angustiam temporis allegasse mysterium S. S. Trinitatis & incarnationis filii DEI § 48. quæ ipsa satis ostendunt, quod Criterium 6. ei denegari nequeat.

§. LV.

Revelatio Christiana exhibet medium reconciliationis hominum cum DEO.

Ex eo inde tempore quo miseri facti sunt homines, DEUS etiam illis medium quo sibi reconciliarentur tradidit, Gen. 3. 15. de quo deinde Prophe-

19

phete tam clare vaticinati sunt, ut etiam tempus
Gen. 49, 10. 11. 12. Dan. 9: 25. 26. locum
Nativitatis Mich. 5. 1 & reliqvas circumstantias
Mal. 3: 1. ob oculos ponerent. Quae omnia exa-
ete completa esse in *CHRISTO* testantur Evangelistae
& Apostoli passim; conf. Luc. 2: 4. 46. Gal. 3: 13.
14. & quidem de ejus incarnatione, vita, doctrina,
miraculis, passione, morte & resurrectione Evan-
gelia & Epistolae praecipue agunt. Habet itaque Rev.
Crist. Crit. 7.

§. LVI.

Rvelatio Christiana miraculis est confirmata.

Miracula a Mose in Aegypto patrata Exod. 7. seq.
transitus filiorum Israël per mare rubrum Exod.
14: 22. Ignis a cœlo delapsus ad hostiam Eliæ in
stabilimentum veritatis, 1. Reg. 18: 38. Conser-
vatio Danielis in fovea Leonum Dan. 6: 12. Con-
servatio etiam 3. virorum in Fornace Dan. 3:
25. Miracula Christi ac Apostolorum &c. &c. id
ipsum evidentissime monstrant; quo etiam referre
liceat vaticinia *CHRISTI* de nrbis & templi
Hierosolymitani totali excidio Matt. 23: 24. de mi-
randa propagatione Evangelii per universum orbem;
aliaque plurima numero similia; unde S:am Scram
Criterio gaudere 8:vo appetet.

Schol. *Dum miracula Revelationem divinam probantia e-
sc. S. desumimus, consideramus illam ut librum histo-
ricum.*

§ LVII.

Revelatio Christiana est aequa antiqua ac misericordia hominum.

Cum miseri facti essent Protoplasti, DEUS statim medium reconciliationis illis promisit Gen. 3: atque hanc promissionem posteris eorum inculcavit, additis iis, quae ad verum sui cultum & salutem obtinendi modum spectant, quae exakte congruant cum doctrinis & Evangelistarum & Apostolorum, quas, licet litteris sint 4000 annis postea consignatae, ratione tamen materiae antiquissimas esse deprehendimus Sch. §. 37; in Rev. itaque Christiana Criterium occurrit Nonum.

§. LVIII.

Cum Repugnant sibi invicem Revelationes, Revelatio vera ope Criteriorum investiganda est.

Cum igitur DEI cultum oracula Gentilium in vanis gestationibus, lascivis & absurdis actionibus ponant §. 42. Muhamedani unum quidem DEUM esse colendum, sed cultu tantum externo statuant,

§. 43.

§. 43. Christiani externa non sufficere sed requiri
quam maxime internum animi dolorem ad cul-
tum DEI rite administrandum contendant. Vitam
æternam, Qvam Gentiles ignorant, Schol. §. 42.
& Muhamedani terrenis voluptatibus incravant §.
43. Christiani in fruitione æterni gaudii consti-
tuant, vel si r̄navis in intuitiva DEI cognitione,
Hiob. 19: 26. Ps. 17: 15. 42: 3. 1. Cor. 13: 12. 1.
Joh. 3: 2. Apoc. 21: 4. hæc diversarum Religio-
num Dogmata aperte sibi invicem contradicunt;
qvod erat unum. Cum v. contradictione non pos-
sint simul pro veris haberi, ob princ. Cont. &
DEUS velit avertere hominum miseriam §. 15.
mediante Revelatione §. 18 patet illam investigan-
dam esse ope Criteriorum ex essentia ejus deſam-
torum §. 22. si alias miseriam avertendi medium
invenire voluerimus, qvod nobis ivadent principia Phi-
los. Moralis. §. LIX.

Révelatio Gentilis non est vera, sed falsa, spu-
ria & supposititia.

Cum illa Revelatio vera sit, cui criteria ante
demonstrata competunt §. 39 & illa falsa qvæ iis
destituitur §. 38. seqvitur Revel. Gentilem inter
spurias esse referendam, cum veræ Revelationis
vestigium in illa non inveniatur Corol. 2.
§. 42.

Eodem

*Codice modo demonstratur Revelationem Mahomedanam
esse falsam.*

§. LX.

Revelatio Judaica hodierna itidem non est vera, sed falsa.

Cum Revelatio Judaica, qvalis secundum interpretationem Doctorum modernorum exhibetur, contradicat rationi & experientiæ §. 45. Christum veluti unicum salutis medium Act. 4: 12, adeoque ejus Doctrinam, & omnia illa, qvæ de ejus incarnatione, passione, morte, resurrectione, scripta sunt non agnolat, eoqve ipso per consequent. veritates in scriptis Mosis & Prophetarum contentas, in dubium vocet, qvibus tamen irrefragabilis constare supponitur veritas; patet eandem, qvia his Criteriis destituitur inter suppositias esse referendam:

Corol. Exinde, quod scripta Mosis & Prophetarum omnibus a Judaeis, qvibus tradita fuerant, §. 46. Sch. pro vera Revelatione sint habita, non sequitur illa hodie per se constituere Revelationem Judaicam; cum his postpositis §. 44. in Talmude Fabularum & mequitiarum suarum faragine, Revelationem suam primario querant §. 44.

§. LXI.

Revelatio Christiana, qvæ in scriptis Mosis Prophetarum & Hagiographorum, nec non

23

non Evangelistarum & Apostolorum continetur, est
vera.

Cum illa Revelatio vera sit, cui criteria ante de-
monstrata competit §. 39. Criteria eadem au-
tem huic soli competere demonstraverimus, E.
Rev. Christina est vera. Una Revelationum illa-
rum quæ venditantur, erit vera; jam v. & Gentil-
lem & Muhamedanam & Judaicam falsas esse
evicimus §. §. 59. Corol 60. E. Christiana uni-
ca erit vera.

§. LXII.

Nostrum jam esset argumenta, saltem potiora,
adversariorum examinare atque fontes solutio-
num subministrare; verum & res angusta domi
& angustia temporis propositum persequi prohi-
bent, ideo nonnulla tantum argumenta probabili-
lia ad stabiendum veritatem Revelationis Christia-
næ producemos, quemadmodū in prætatione partis
læ polliciti sumus.

§. LXIII.

Ad certitudinem Revelationis nostræ apodictio-
cam ulterius stabiendum provocamus I:o ad
efficaciam in verbo reconditam. Qvicunq; enim S. S.
mente attenta legerit, animo studiose voluntati D:næ
non reluctante, experitur se non modo rapi ad
assensum, sed animæ quoque pacem & tranquilli-
ta.

tatem miram nancisci, experiendo dulcissimos mo-
eus Sp. Scti, qvi experientiam constituunt spiri-
itualem. Hinc ipse Christus provocat ad tale
argumentum, ab efficacia doctrinæ & experien-
cia interna petitum, dicendo: Si qvis voluerit fa-
cere voluntatem patris mei, sciet, num doctrina
hæc sit a DEO, nec ne. Joh. 7. 17. unde Paulus
dicit se dulcedine D:na erigi in omnibus afflitionis
nibus suis. 2. Cor. 5. Exempla hujus rei præ-
beat etiam discipuli Emauntici, Lydia purpuræ
venditrix, Beroënes, Thesialonicenses, nec non ve-
ri omnes Christiani omniaib[us] temporibus; Qvi
v. hac experientia carent, difficulter etiam ad-
mittunt argumentum ab efficacia; hac petitum
verum homines præjudiciis captos non mo-
ramur.

§. LXIV.

AB hac conscientiæ convictione tranquillitate &
dulcedine in anima experiundo cognita, provenit
sine dubio, *incredibilis illa constantia Martyrum*, ad quo-
rum testimonium 2:0 provocatus, hi namque ve-
ritatem Revelationis nostræ durissimis cruciatibus
atque morte sua obsignarunt.

§. LXV.

VEritas Revelationis nostræ 3:0 testimonio Gentilium
confirmatur. Dio Cassius lib. 37. ita scribit: Diverbum a reliquis hominibus obtinent Sc. Iu-
dæi,

dæi, cum aliis in rebus usuque vītæ quotidianō, tum in eo præsertim, qvod nullum ex cæteris Diis colant, unum autem quendam summō studio venerantur, nimirum suum illum DÉUM ineffabilem invisibilemq̄ æquemq̄ uḡi audī existimantes; religioso ejus cultu cæteros mortales soperant.

Tacitus lib. 5. bīs. Nihil quidquam prius imbuuntur (nīm. illi qđi religioni vera addicti sunt.) quam consummare DEOS (Gentilium) exuere patriam, parentes, liberos, fratres vilia habere, nempe præ verbo DEL, ne illud relinquant, vet contra illud peccent

Huc referri solent Oracula Sibyllina, qđe circumstantias actorum Christi clare exponunt atque a Pfannero in Theol. Gent. pur. adducta inveniuntur; Mortuorum resurrectio erit, aliudorum cursus erit properans, surdi audiēt, cœci videbunt, loquentur etiam muti; ille miracula paraturū erit solo verbo, ille ventos compescet, sternet furens mare & pacis pestibus calcabit mare, s. panib⁹ & duob⁹ bus pīcibus 5000 virros in solitudine saturabit & fragmenta tollens implebit 12. corbes. In iniquos manus veniet; dabunt DLO alapas impuris manibus, venenata spuma in faciem ejus effundent. Dabit innocens dorsum verberanti, in cibis fel & in potum acetum et dabunt Pors ro mortis factum finiet, postquam dies obdormivit 3, primus vians resurrectionis monstrabit. Qđe omnia exacte in CHRISTO impleta esse nemo non videt; unde non minus lucem veritatis Revelationis nostra affundens, si modo genuima & non supposita fuerint. Conf. SCHMIDII Orat. de Orac. sib. & Boxborni, bīs, ubi ex litteris initialibus versū Sibyllinorum colligi narratur hoc de CHRISTO testimonium;

In r̄gē X̄cīōs, ΘΕB̄ ūōs, σω̄n̄ḡ στaueḡc. Q̄od vero per adulatioñem, sive errorem Pollieni Consulis Romanorum designati filio a Virgilio hec applicata fuerint, q̄odque sinistre de Julio Cesare nonnulla interpretatus fuerit Cicero, ostendit Carpus. in Theol. Rev. Dogm. Cap. 2. p. 79.

§. LXVI.

Ulterius 4:0 ex mirabili Revelationis Christiane conservatione ejus certitudinem probabiliter adstruimus. Populus Israel a gentibus plurimis infestatus, afflicctus & subjugatus fuit, sape etiam ipse cultui gentilium deditus, avitam religionem, quantum in se fuit, extinctum ivit, at nihilominus Revelatio Divinitus accepta mansit.

Samaria expugnata a Salmanassare 10. tribus captivae in Mediam & Persiam abducebantur, & deinde, censum & trigesita circiter post annos Jerusalem a Nebucadnezzare exscindebatur, incendio deleta, unacum Templo, quidquid splendidum ac memorabile ibi fuerat repositum. Attamen Dina providentia libros sacros, a Mose & Prophetis conscriptos, illibatos & incurruptos servavit. Memoratu dignum etiam id est, quod, dum insignis Bibliotheca Alexandrie incendio deleretur a Ptolomeis Regibus vel ab eorum militibus auxiliarius, teste Gellio * libri tamen sacri sive Hebreæ sive Greca lingua scripti non interierint. Eadem Dna protectio se exeruit, Aegypti & Syria Regibus inter se confligentibus omniaque ferro & flamma miscentibus. In quibus bellis Iudei multa passi sunt; gravissime autem omnium eos affixit Antiochus Epiphanes Rex Syria, Occupata Hierosolyma multis millibus casis, cultuque NB Dvino everso. Si itaque tunc humana potentia quidquam valuerit, libri Dni

Dni ovino deleti fuissent. Porro nec Romanorum potentia, cum totum pene orbem subjugaret, Revelationes Iudeis concretas extingvere & abolere unquam potuit, licet regnum eorum & Templum tandem everterint; quod ipsum neque prestare citius potuerunt, quam cum venisset tempus his ipsi Revelationibus præfinitum. Pompejus, qui primus inter Romanos Hierosolymam occupavit, intimum templi atrium ingressus, conspexit que nefas erat a quoqdam aspici, preterquam a Pontifice, nihil tamen inde abstulit, sed enatum DEI possius instaurari curavit **. Postea Cesar, Antonius & Augustus in ista loca cum exercitibus venerant, sed religionem Iudeis cum sacris libr. sartam tectamque reliquerunt. NB.

* libr. VI, Cap. XVII. ** Joseph. Antiq. lib XIV. Cap. VIII,
§. LXVII.

Hæc, quæ præcedenti §. attulimus, dicta sunt de Veteri Testamento; sed nec minora impedimenta propagationi Revelationis Novi Test. objecta fuere; primi namque ejus confessores carceres, vincula, cruciatus, mortem perpessi sunt. Quid Nero, Domitianus, Trajanus, Antonius pius, & Antoninus Philosophus, Severus, Maximinus, Decius Valerianus, & Diocletianus contra propagationem Revelationis Christianæ contati sint, historiæ passim loquuntur. Ultimo loco nominatus Diocletianus tam crudelis & sevam persecutionem contra Christianos excitavit, ut ne unus quidem superesse videatur; Divina tamen Providentia Revelationem suosque mirabiliter conservavit.

§. LXVIII.

Hilic mirabili Revelationis conservationi jungenda est felix & subicanea ejus propagatio; Quid ad Vetus Testam.
adty-

adint, licet *PTOLOMÆUS LAGUS* aliquo Iudaos non pa-
rum affixerint, *PTOLOMÆUS* tamen *PHILADELPHUS* clem-
menter eos habuit & libros sacros D:nam Revelatio-
nem continentis in *GRÆCUM* sermonem transfundi cu-
ravit; quam tamen jam ante regnum *MACEDONIUM* in
GRÆCAM lingvam fuisse conversam testatur *EUSEBIUS*. Et,
ut Proselytas taceamus, apparet in plurim religionum Eth-
nicarum monumentis vestigia traditionum, quæ revelationi or-
iginem debent. Præterea, quod *NOVI TESTAMENTI* Re-
velationem præcile concernit, cum *PLINIO* conquereban-
tur Gentiles, quod vicos & Pagos pervagata sit doctrina
Christianæ quodque ex cinere Christianorum neca-
torum Christiani novi nati sint. Et possemus quidem,
si historiarum colligere voluerimus monumenta, quæ
ad illustrandam miram Evangelii propagationem per-
tinent, magna confidere volumina; in genere autem,
tantum monemus, quod *SECULO* 4. factum sit, ut ipsimet
imperatores Gentiles amplecterentur Christianismum &
evangeliceret Gentilismus in Europa, atque paullatim
Evangelii doctrina ab omnibus Gentibus recipetur **;
quam etiam incorruptam servet ** D. T. O M. ad illum
dicte, quo non per Symbola magis, sed intuitive cum
cognoscendi facultas detur.

* lib. VIII. Prep. Ev. Cap. 6. lib. XIII. C. 12,

** Carpov. Theol. Rev. Dogm. p. 73.

*Sancte Pater! Sanctifica nos in Sermone Tuo, quia
sermo Tua Veritas est.*

A M E N.

